

re, eorum vota dissoluo. Quare dum c. veniens, de iure iur. decidit per vota, aut iuramenta inferiorum non posse iuri superioris derogari, intelligitur ita, ut non integrum sit superioribus ex iusta causa dispensare: at potest derogari ad hunc sensum, ut ea non subiciantur eorum liberæ potestati. Et ideo cōditio subintellec̄ta in his votis est, nisi superior iusta causa existente dispensauerit.

4 Hinc deducitur, dispensationem quacūq; inferiorum in lege superioris fore irritam, si causa legitima de sit. Vt si Episcopus dispenseret in lege ieiunij, aut obseruationis festorum, aut quibus alius ex Pontificia commissione. Quia sic se habet ad legē superioris inferiores, ac Pontifex ad legē Dei: & similiter in alienis bonis, alienaq; voluntate dispensant. Præterea, quia quoties inferiori committitur potestas dispensandi in lege superioris, intelligitur causa iusta existere. Mā datū enim Pontificis ad ius referri debet. c. de multa, de præben. Nec iure optimo præsumi potest, cōstitui tūc inferiorē dōm voluntatis superioris, vt perinde ac d̄ propria possit ad libitū valde de illa disponere. Quod optimè tradit Speculator. tit. de dispensatione. §. dicendū restat nu. 19. Innoc. c. cum ad monasteriū. nu. 4. de statu monac. Sibi Hofst. n. 32. Ioā. Andr. ad fin. Abbas. n. 17. Cardin. §. vlt. n. 5. Henric. n. 17. Bald. l. Barbarius. n. 7. ff. de offic. præf. Aretin. l. 2. in princip. nu. 1. ff. de verb. oblig. Felin. c. fin. n. 8. vers. 2. limitā, de simo. & c. at si clerici. §. de adulterijs, n. 10. de iudic. & ibi Hippolit. n. 32. Turrec. c. 1. in art. 4. n. 14. d. 89. Angelus. verb. dispensatio. n. 3. & ibi Sylu. q. 3. n. 5. Armilla. n. 14. Sotus lib. 7. de iustit. q. 4. art. 3. col. 9. versificurhus circa eadē, & lib. 1. q. 7. art. 3. col. 6. vers. postremū ergo. Nau. c. fin. n. 4. de simonia. Couar. 4. decretal. 2. p. c. 6. §. 7. n. 11. Stunica. q. 5. de voto. n. 35. Gutierrez. q. can. lib. 1. c. 19. n. 5. Emma. Sa sum. verb. dispensatio. n. 3. Et loquitur Sotus, & Stunica etiā de facultate dispensandi in bulla concessa. Si ergo inferior commissiōnis limites excedens dispenseret in lege superioris absq; legitima causa, nō tenebit factum. Et ita partem hanc factū omnes Doctores allegati: & quotquot in tota hac disputatione allegabo. Nec aliquem contradicentem inueni.

5 Quidam hoc temperant, nisi inferior habeat plenitudinē potestatis à superiori concessam, qualem habet Legatus Apostolicus (quem Nuntius appellat) in casibus sibi à Pontifice commissis. Sic Manuel 1. tom. sum. 2. editione cap. 24. conclus. 3. nu. 5. At audiendus

minimè est. Quippè illa potestatis plenitudo non accipienda est ad dispensationem, sed vt secundum iura dispenseret. Atque ita dispensationem ab ipso absque legitima causa concessam, esse irritam docent Innocentius cap. dudum, el. 2. num. 16. vers. item & si Papa, de elec. Felinus c. postulasti. n. 13. ca. 4. de rescript. Nauar. summa Latina, præludio 9. n. 15. & c. fin. n. 4. de simon. Gábara de autoritate legati, lib. 10. nu. 293. & 207. Hippolitus c. at si clerici. §. de adulterijs nu. 15. de iudicij. Borgasius de irregula. p. 7. c. vlt. n. 21. Stunica. q. 6. de voto nu. 23. 4. Azor lib. 5. institutionū moralium c. 15. ad finem.

6 Alij temperat, nisi in dispensandi potestate exprimat̄ur nomina eorū, cum quibus est dispensandū, nulla cognitionis causæ dispensandi mentione facta. Et placet quia tūc commissarius ille cōstituitur merus executor: ac præsumere debet committentem certiorē factum esse de dispensationis causis. Et ita limitat Speculator tit. de dispens. §. dicendū restat. n. 19. Felinus n. prædicti allegatus. Gábara de author. legati, lib. 10. n. 209. & 296.

7 Similiter nō valet dispensatio inferioris in lege superioris, licet sit aliquis causa, si tūc ea illegitima esse cōstat. Quia id est in hoc nō esse causam, & nō esse iustā. Atq; ita Doctores. n. 4. allegati asserunt eam dispensationem absq; causa legitima, & iusta esse irritā. Hoc tñ limitat, nisi prudenter, ac bona fide iudicari prælati causam esse iustā. Tūc enim credo valere dispensationē, licet verè nō fuerit causa sufficiens. Quia non est credendū aliā esse potestatis intentionem circa suas leges, & Dei circa suas, in quibus permittitur inferiori dispensare. Id enim recta Ecclesie gubernatio postulat, quod scrupulis obuiet, ac tunc sint cōscientie, nec oporteat passim infringere gesta, inittēdo prælatorū vices Dei gerentiū dispensationi. Quod clarè significat Azor lib. 7. inst. moral. c. 29. q. 6. vbi hæc ait. Si prælati aliquis bona fide lege ieiunij aliquē liberet, putat̄ causa esse iustā, relaxatio prodest. Quia bona fide facta est.

9 Hinc temperandū censeo quod docent Nauar. sum. Latina, præludio 9. n. 13. si Philiare. de offic. Sacerdotis, tom. 1. p. 2. lib. 3. cap. 4. vers. altera difficultas, Lud. Lopez 1. p. instructorij. c. 4. paulo post principij, nimirū, eū, eū quo prælati dispensauit propo sita illi causa vera, & bona fide, quæ tñ sufficiens nō est, tūc esse autoritate prælati factū, donec sibi certò cōstat causā minū legitimā fuisse. Hoc enim credo temperandū iuxta dicta non præced. nisi prælati prudētē, ac bona fide

dispen.

dispensari iudicant eam causam esse iustā. Tūc enim iustus erit subditus, quauis subiecta cōstet eam non fuisse sufficientem.

10 Sed merito dubitabis, quid dicendum de dispensatione facta ab inferiori in lege superioris, non præcognita causa, quādo reuera erat causa legitima: an valida sit? Pars negans suaderi videtur, quod dispensans ex cesserit suæ commissiōnis limites. Nam (vt nu. 4. probauimus) censeret sibi facultas dispensandi commissā, præmissā causæ cognitione. Idq; constat ex cap. necessaria, & cap. dispensationis 1. q. 7. vbi dicitur temporum varietatem exposcere aliquādo vt leges relaxentur adhibita diligentī consideratione. Et clarissimè Trid. sess. 25. de reformation. c. 8. ibi. *Sciāt vniuersi sacratissimos canones exactè ab omnibus, & quoad eius fieri poterit, indistinctè obseruandos. Quod si virgens, maiorq; ratio quandoq; postulare sit cum aliquibus dispensandū esse, id causa cognita, summaq; maturitate, atq; gratis, à quibuscuq; ad quos dispensatio pertinet, erit præstandum: aliterq; facta dispensatio subreptitia censeatur.* Vbi notandū est ablatiuis ille absolutus, causa cognita, qui conditionem, ac formā imponit. Vt probant lib. 3. disp. 5. nu. 2. vbi & alia argumenta concessi ad hoc probandū faciunt. Tandem id constat ex dispensationis definitione tradita disp. 1. nu. 2. Est enim legis relaxatio præmissa causæ cognitione. Et quod cum hic deficiat, non erit valida dispensatio. Et ideo hanc partem tenent serè expressè Nauar. c. finali. n. 4. de simon. Et tenent Imola. l. quidam consulebat nu. 7. sine, & n. 8. ff. de re iudic. Hippolitus c. at si clerici. §. de adulterijs n. 106. de iudicij. Et meliùs Azor lib. 3. institutionū moralū eius. q. 9. & 10. dicens in neutro factō valere huiusmodi dispensationem. Idem elarè sentit Stunica. q. 6. de voto nu. 104. vbi ait. Potest nō habere facultatē relaxandi iuramentū in præiudiciū tertij, antequā constet sibi causam subesse, licet causa subit. Quia errat in suæ iurisdictionis fundamentō.

11 At probabilis est, huiusmodi dispensationem validā esse in foro cōscientie, donec in foro exteriori reuocetur. Ducor, quia nullibi habetur eam dispensationem esse nullā. Neq; obstat locus Tridentini in contrariū adductus. Quia æquè loquitur de Papa, ac inferioribus. Cū tamē cōstet dispensationē Papæ in iure humano absq; causæ cognitione validā esse: loquitur ergo concilium quoad fori externi præsumptionem: & ideo dicit, *subreptitia censeatur.*

Et non dicit esse verè eam subreptitiā, sed præsumi in peccatā per subreptionē. Secundo, quia cap. nihil, de elec. dicitur eadē sine suæ causæ examine esse eijciendū, cū est indignus. Ergo à contrario sensu non eijcitur, si dignus sit: quauis eligentes non permissi eo examine defecerint ab electionis forma. Tertiò, qui valet lex temperare, & absq; causæ cognitione indicta, si reuera causa boni cōmunis intercedat. Ergo idem de legis dispensatione censendū est. Quarto, ex doctrina Minchæca libri. controu. illustriū. c. 28. nu. 6. vbi probat tenere factū in foro cōscientie, quando finis iuris habetur, quauis forma, & solemnitas eiusdem iuris prætermittantur. Ad quod cōprobandū multa similia asserit Bellemera sitim al. legandus. Quod contingit in hoc euentu. Nec obstat dispensationis definitio, quia (vt dixi disp. 2. nu. 2.) ea non solum cōprehendit, quæ de dispensationis essentia sunt, sed ea quoq; que desiderantur vt sit licita. Quare dum authores nu. 4. allegati dicunt inferiori censi commissam dispensationem præcedenti causæ cognitione, intelligendi sunt, vt ritè ac rectè fiat: vel vt validè, nisi reuera ad esset causa iusta. Huius sententia est Innoc. cap. diuersis nu. 1. de cleric. cōiug. vbi ait Episcopo dispensante absq; causæ cognitione in ijs, in quibus potest, tenere dispensationē: vt in collatione beneficij donec per superiorem reuocetur: & dū non reuocatur, possideri licet beneficiū illud. Et satis hoc placet Hostiensij ibi n. 9. Ioanni Andree n. 8. præterquā quod Hostiensis non admittit tacitā dispensationē, sed verbis expressis factā. Idē latè probat multis similibus adductis Bellemera c. v. n. 18. & 19. de filijs præsbj. Idem expressè tenet quoad forū cōscientie Armilla verb. dispen. n. 14. sine. Ludouicij Lopez 1. p. instructorij. c. 4. col. antepenult. vers. tertio dicitur. Pro eadē sententia est idem monac. cap. cum ad monasteriū. n. 4. de statu monac. vbi ait huiusmodi dispensationē aut nō valere, aut reuocandā esse. Cuius sententiā referunt, & sequuntur ibi Hofst. nu. 32. Ioan. Andr. ad finē, Abbas. n. 17. Héric. nu. 17. Cardin. §. finali n. 6. idē Abbas et si clerici. §. de adulterijs n. 13. d. iudicij. Alex. de Neuo. c. 1. nu. 12. de constit. Turc. c. 1. art. 4. nu. 14. d. 89. At ad veritatē huius disputationis fat est alteram partem esse verā, nempe, vt ea dispensatio possit reuocari. Pro eadem sententia sunt Abbas. d. c. diuersis. nu. 3. Probus addit, ad Monachum.

cap.

vnico: in 2. vers. postremo, de arat. & qua
 lit. Borgasius de irregular. 2. p. tit. de diffe-
 rentiis terminorum in materia dispensatio-
 nis, in fine, ubi dicitur dispensationem cen-
 feri concessam inferioribus causa iusta ex-
 illi, illiusq; cognitione praemissa: ac si no
 adhibita causae cognitione dispensauerint,
 reuocandam esse dispensationem per superi-
 orem. Censetur ergo valida donec reuo-
 cetur. Atque idem censo, quando Ponti-
 fex, vel Episcopus, vel alius potens dispen-
 sare in votis, vel iuramentis, siue iure ordi-
 nario, siue delegato (nisi in delegatione ha-
 beat specialis forma petens praemitti cau-
 sae cognitionem) dispensat in illis legitima
 causa existente, quando sibi non cognita,
 peccabit enim mortaliter, ac dispensatio
 erit valida in foro conscientiae. Quia eadem
 est ratio.

1 2 Nec culpa alicuius erit reus dispensans
 quando causa examinationem non praemi-
 serit, quando causa notoria est. Quia in no-
 torijs non exigitur ordo iuris, nec notoriu
 eger examinatione, c. manifesta. 2. q. 1. Sic
 aperte significant Glossa, c. qui sine exami-
 natione, verb. sine examinatione. d. 8. & c.
 fin. verb. qui concubinas. d. 51. Abbas. cap.
 praetera. n. 1. de testibus coged. A nianias
 c. 2. nu. 8. de schismaticis. Imola. l. quidam co-
 fulebat. nu. 8. ff. de re iudic. Rosella. verb.
 dispensatio. nu. 6. dicunt enim inferiorem
 exercentem actum contra legem erga ali-
 quem, in casu in quo dispensare potest, no
 censerit dispensare, nisi causa cognitionem
 praemittat: praeterquam quando causa dis-
 pensationis est notoria. Quod tunc examine
 non indigeat. Imo si sibi causa costaret, no
 peccaret dispensans non examinando cau-
 sam. Quia id exami petitur, ne temere dis-
 penset. Quae temeritas cessat, ubi certus est
 de causa.

1 3 Vtrum autem tradita duplici nu. praecedenti
 locum habeant in dispensationibus,
 quae committuntur a Pontifice ordinarijs
 pro foro externo, vel confessori a sacra pe-
 nitentia pro foro conscientiae: dicemus
 disput. 3. 4. num. 24. & duplici sequenti, &
 disput. 3. num. 16.

1 4 Rursus dubitari potest, an praesumatur
 causa in Principe dispensante, quando de ea
 non constat? Quia in re (ne diuini immo-
 ter) communis resolutio est, quando Princeps
 dispensat motu proprio, & no ad partis in-
 stantiam, in iure humano, praesumi praesum-
 ptione iuris & de iure, contra quam non ad-
 mittitur probatio, ad esse causam iustam. Se-

cus quando ad instantiam partis, vel quan-
 do dispensat in ijs, quae sunt de iure diuino:
 aut de iure naturali diuino: tunc enim no
 praesumitur causa, nisi probetur. Quia qua-
 do ad instantiam partis conceditur dispen-
 satio, censetur potius per importunitatem
 extorta, quam quia agendum Princeps ces-
 seat. Iuxta traditionem Bartoli ex illo textu.
 l. 1. C. de petitione bonorij, lib. 1. o. Quia
 do autem dispensat in iure diuino, & natu-
 rali, cum id absq; causa fieri nequeat, opus
 est de causa costare. Et huius sententiae sunt
 Abb. c. quae in Ecclesiario. nu. 10. de consue-
 tibus. & ibi Felin. a nu. 60. Decius in noua
 editione a nu. 129. Gigas de pensionibus. q.
 6. nu. 12. Rebus praesumptio. de dispen-
 satione ad plura beneficia. n. 13. Loazes de
 matrimonio Regis Angliae, dubio 4. nu. 14.
 Roxaseptimo successuum. c. 23. a n. 13.
 Minchaca quae sit, illi tribus, lib. 1. c. 25. nu.
 17. & c. 26. a nu. 28. Stunica de voto. q. 6. n.
 131. & latissime Menoch. de praesumpt. lib.
 2. tota praesumpt. 10. Mascard. de probatio-
 nib. tota conclus. 275. Qui duo sunt omni-
 no videndi pro ampliationibus, & limita-
 tionibus huius sententiae.

Haec tamen doctrina agit de praesumptione
 fori externi. Na in foro conscientiae ex-
 istimo praesumendum esse pro superiori,
 du subito no constat defectu causae. Quip-
 pe subditi non est facta praetoratorum discu-
 tere. Quod non obscure significat Sotus. 4.
 dist. 21. q. 2. art. 2. col. antep. ubi transiens de
 dispensatione Pontificis in voto, dicensq;
 dispensationem absq; causa legitima non
 tenere: subiungit ubi manifestus error non
 interuenit, praesumi causam legitimam. Et
 lib. 7. de iust. q. 4. art. 3. ad 2. in fine, ubi ait
 tunc dispensationem voti censendam irri-
 tam, quando manifeste constat nullam esse
 causam. Et tenet expresse Suarez de censuris,
 disp. 41. sect. 3. si dicitur in foro interno suffi-
 cere, ut no constat subditi de causae defectu,
 quauis in externo opus sit causam pbare.

Hinc deducitur qualiter accipiendus sit,
 quod aliqui Doctores tradunt, nimiru, no
 credit praetor inferiori dicenti se ex iusta
 causa dispensare in lege superioris. Hi sunt
 Nauar. sum. Latina, praelud. 9. n. 15. vers.
 addo secundu, Lud. Lopez. 1. p. instructioj
 cap. 4. col. antep. vers. 3. dicitur. Quod id
 de superiori supremo dispensanti quando
 nequit absq; causa, tradit idem Nauar. lib. 3.
 consil. tit. de regularibus, vtraq; editione,
 consil. 56. nu. 2. & latius probat in comen-
 tario de spolijs, super, c. non liceat. 12. q. 3.

§. 2. n. 8. Et quod tradunt alij, nemp, no
 haberi silem praetor afferenti se dispensa-
 sse, quia do causae cognitionem no praemi-
 serit. Vnde incipit elegantius onus probandae
 talis dispensationis. Quia cum debite non
 praecolletur iure primo: ei non habetur si-
 des. Sic Glossa, c. quis sine examinatione,
 vers. sine examinatione, d. 81. Speculator
 tit. de dispensatione, q. qualiter autem. n. 4.
 Ioan. And. 2. nu. 2. de schismat. ubi Abbe
 n. 3. Cardin. d. 2. Nauar. sum. Latina, pra-
 lud. 9. n. 15. Anton. Cucus lib. 4. in lit-
 maioru. tit. 12. nu. 29. Sed haec omnia acci-
 pienda sunt in foro externo. Na in foro co-
 scientiae eis creditur: ut dixi nu. praecedenti.

1 7 Tandem de dicitur, quid in ea quaestione
 sententia sit, an credatur dicenti se habere
 potestatem delegatam ad dispensandum,
 alius se sciendum de quo late Doctores:
 eorum in iure, de offic. deleg. & l. vnica. C.
 de mada. Princip. Bernar. Diaz regula 2190.
 latissime Menoch. de praesumpt. lib. 2. tota
 praesumpt. 15. & de arbitrarjs, lib. 1. tota. q.
 76. Mascard. de probat. c. 6. l. 2. 68. Gratian.
 regula 290. Et ideo summam dicam vnum,
 aut alterum verbu, & reliqua in praedictis
 poterunt videri. Et quid in foro externo di-
 cam vsq; ad nu. 22. ubi explicabo, quid in
 foro conscientiae. Conclusio ergo communis
 est, commissio nem delegatam probandam
 esse ostenso delegationis instrumento, &
 alia no esse credendum: eam asserenti. Vt
 constat ex dict. cap. cum in iure, ubi: *Ex quo
 non cogit* & ratio est, quia cum sic quid
 facti, non praesumitur.

1 8 Multi hoc limitant, nisi legatus Cardinalis
 sit idasserens. Sic Anton. c. ad eminentiam
 nu. 4. & 3. de sent. ex comun. Abb. c. quod
 super nu. 4. de fide instrum. & alij, quos re-
 fert, & sequitur Gratian. regula 290. nu. v4
 nio, Aut verus est, nec huic credi in ijs, quae
 spacialem superioris commissio nem requirunt,
 nisi litera commissio nis inserantur. Et ita
 docent Bart. l. vnica. nu. 1. C. de superin di-
 cto, lib. 10. Ioan. And. & Host. quos refert,
 & sequitur Abb. consil. 94. nu. 3. lib. 2. & c.
 quod translationem, sine, de officio legati,
 & c. ad eminentiam. nu. 2. Francus. c. 1. n. 2.
 4. de offic. legati, in 6. Felinus multos refe-
 rens, & late probas. c. quod super nu. 10. &
 11. de fide instrum. & c. quod in iure. nu. 6.
 de offic. deleg. Gregor. Lopez. l. 23. verb.
 que videntur. tit. 9. p. 1. & multis alios referens
 Menochius de praesumpt. lib. 2. praesumpt.
 15. nu. 4. Henriquez lib. 1. de Sacramento
 ordinis. c. 28. num. 2.

Limitantur tamen haec, nisi delegatus sit
 persona constituta in excelsa dignitate, nec
 agitur de prauidicio tertij, tunc enim cre-
 ditur illi, quantum suae delegationis literas
 no ostendat. Sic multi quos refert, & sequi-
 tur Menoch. d. praesumpt. 15. num. 9. Iam
 repetitione. l. admonendi. nu. 175. de iure
 iur. Gutier. lib. 2. q. Canon. 17. sine. Et hu-
 ius rei adhibent exemplu Tafon, & Gutier.
 vt in facultate dispensandi, absoluedi, & ce-
 cedendi indulgentias, & similibus.

1 2 Hinc fit credi Episcopo promouenti ad
 ordines no sibi subditum, dicenti in titulo
 collationis ordinu se promouisse ex licentia
 proprij Episcopi. Quia agitur de modico
 prauidicio. Et ita tenent Rebusus praxi
 benef. tit. de forma dimissio riarum. nu. 36.
 & relato Cardinali Menoch. d. arbitrar.
 lib. 1. q. 76. nu. 10. Gutier. lib. 2. q. Canon. c.
 17. num. penultimo.

1 3 Secundo fit credi literis summi penitenti-
 arij asserenti sibi viue vocis oraculo co-
 mmissum esse, vt dispenset in aliquo casu. Po-
 tesse referuato. Quod id in nullius praui-
 diciu vergat. Et ita Paulo citato docent
 Cardin. Clem. ne Romani, §. co tamen po-
 tito. nu. 1. de elec. Francus. c. 1. nu. 4. de re-
 por. ordi. in 6. & ibi Dominicus, §. vltimo.
 num. 1. Otauius lib. de officio Curiae Ro-
 manae. cap. de summo penitentiario. Greg.
 Lopez. l. 32. verb. Empedor. tit. 16. p. 3.

1 4 Haec dicta sunt pro praesumptione fori ex-
 terni. Nam in foro conscientiae cuiusq; vno
 timorato, ac confessori dicenti sibi delegata
 esse potestatem ad absoluedum, vel dispen-
 sandu, vel ad aliquid aliud fides haberi po-
 test. Quod & experientia ipsa demostret, fa-
 cultas enim absoluedi a referuatis, & dis-
 pensandi medio confessoris, solet a penite-
 tibus impetrari.

S Y M M A R I V M.

1 5 Quando supremus Princeps dispensat in lege
 propria absq; causa, an valeat dispensatio
 referretur quaedam sententia. num. 23.
 Propositur sententia Athonis. num. 24.
 Saepe argumentis. num. 25.
 Post nu. 25. inuenies caetera summaria, quae de-
 siberantur.

1 6 Vltimo secunda. An dispensatio
 supremi Principis in lege propria
 concessa absq; legitima causa va-
 leat? vt Pontificis in lege Eccle-
 siastica, & Principis secularis in ciuili. Quo-
 busdam placet eam dispensationem irritam
 esse. Ducuntur primo, q. iure diuino natu-
 rali interdictu sit Principi dispensare absq;

causa in iure humano. Alias enim sic dispensatio non peccaret. Cuius cōtrarium dicitur disp. seq. nu. 3. Ergo dispensat tūc in eo iure diuino naturaliac proinde corrumpit dispensationem tanquam absq; causa legitima facta. Secundo, quia hæc dispensatio procedit à potestate clauium: quæ est ministerialis, & data Pontifici in ædificationem, & non in destructionem. Et ideo non est data, vt ea quilibet addibitum abutatur, sed sub certa regula, & mensura, ad bonum cōmune pertinenti: sub qua non continetur illa dispensatio sine causa. Erit ergo irrita. Hæc enim ratione valore caret indulgentiarum concessio absq; iusta causa facta. Huius sententia est Fortun. Garcia in repetitione. l. Gallus. §. & quid si tatum, nu. 296. 297. si de lib. & posthum. vbi ait cum iniustum sit Principem cōtra suas leges dispensare sine causa, se necesse quomodo id efficere possit: quod verum iustitiam securū esse eum, cum quo ita dispensatur. Et Mendoza de p. d. s. lib. 1. q. 2. nu. 3. idem tenet quod dispensatio est in re magni momenti, ita vt noceat. Minchaca lib. 1. q. illustrat. c. 23. nu. 16. & c. 26. nu. 26. Et nõ valere in foro cōsuetudine, sed in solo externo tenet Lopez de matrim. Regis. Angl. dub. 4. n. 14. & 15.

Cæterum absq; dubio tenendū est, huiusmodi dispensationem validā esse. Quod tunc legislator dispenset in re propria, & in propria voluntate, eā mutans, à qua sola vim habebat lex. Ergo ea dispensatio tanquam in bonis proprijs facta valebit absq; causa, siue dispensans peccet, siue non. Sicut dñs prodigens bona verum dñum trāserit, esto prodigendo delinquit. Atq; ideo huius sententia sunt Doctores, quos disp. seq. nu. 2. referam dicentes. posse Principē ad libitū in suis legibus dispensare. Et in proprijs terminis docent Innoc. c. dudū, el. 2. nu. 16. vers. litē & si Papa, de elect. Anton. c. per venerabilem. nu. 6. qui filij sint legit. & ibi Præpos. §. quod autem. nu. 2. no tabili 3. Abbas. c. non est. nu. 8. de voto. Felin. c. postulasti. n. 13. in 4. casu, de rescrip. Rosella. verb. votum. §. nu. 4. Syluest. verb. dispensatio. q. 3. nu. 5. Armilla, verb. Papa. nu. 12. Nauar. c. fin. nu. 4. de simon. & summa Latina, preludio 9. n. 14. Couar. c. alma mater. p. 6. 1. nu. 7. de sent. excōm. in 6. & multis citatis. 4. decretal. 2. p. c. 6. §. 9. n. 10. Villalobos in suis cōmunibus, litera D. nu. 86. & ex Theologis, Caiet. 1. 2. q. 96. art. 5. ad fin. & 2. q. 104. art. 5. ad finem, & in opusculis, tom. 1. tra. d. 27. de dispensatione

matrimonij in Occidentali Ecclesia. q. vnic. vers. quoad tertium. Catharin. lib. 6. in Caietanum, circa. q. an Papa possit dispensare in voto solemnī religiosorū, ad finem. Victoria de potestate Papa, nu. 15. propositione 15. Sorus lib. 1. de iustit. q. 7. art. 3. col. 6. vers. postremum ergo: & lib. 7. q. 4. art. 2. ad 2. fine: Et 4. d. 21. q. 2. art. 2. col. 11. & d. 39. q. vnic. art. 2. in fine corporis. Canon relect. de penitentia. p. 5. vbi de præcepto confessionis, ad finem. Ledesma. 2. p. 4. q. 27. art. 2. pauld post principid. & q. 56. art. 4. col. penult. vers. præterea dubium. Veracr. 2. p. speculi, art. 27. vers. secūdō nõ expedit: & 1. p. art. 49. ad fin. Palacios. 4. d. 15. disp. 8. col. 17. vers. quāuis: & d. 3. disp. 2. col. 7. vers. ego verō dixerim. Metin. 1. 2. q. 97. art. 4. ad fin. & lib. sum. c. 14. §. 10. Corduba in questionario, lib. 4. q. 8. ad fin. Gallego de cognatione spirituali. c. 2. nu. 8. Angles in florib. r. p. vbi de ieiunio. q. 5. dist. 2. Henriquez lib. 5. de penitential. c. 22. nu. 5. & lib. 12. de matrim. c. 3. num. 6. Suarez tomo 4. vbi de indulgētis, disp. 56. sectione 2. nu. 11. Valentia. 4. p. disp. 6. q. 2. p. 10. vbi de causis excusantibus ab officij recitatione, causa 4. & 2. disp. 5. q. 7. puncto 2. vbi de pluralitate benefic. col. 4. vers. vbi autem illud ius. Azor lib. 7. instit. moral. c. 29. q. 6. & lib. 5. c. 15. q. 3. Aragon 2. 1. q. 89. art. 9. ad fin. Philiarces de officio Sacerdotis, tomo 1. p. 3. lib. 3. c. 4. vers. altera difficultas est. Lud. Lopez 2. p. in stru. tōnj, vbi de ieiunio. c. 108. fin. & 1. p. c. 4. initio. Petrus de Ledes. de matrim. q. 54. ar. 3. diffi. 4. post 2. conclusionem: & in summa Sacram. vbi de matrim. c. 27. concl. 4. Manuel. q. regul. tomo 1. q. 46. ar. 5. & in 1. tomo sum. 2. editio. c. 196. ff. c. 23. 7. nu. 1. Vega 2. tomo summa. c. 13. casu 14.

Ad argumenta nu. 23. proposita responderetur. Ad primū neganda est consequentia. Nam quoties agitur contra ius aliquod superioris, nõ dissoluitur eius obligatio, nõ dispensatur in illo: ac proinde quantis factum absq; causa culpam continet, valet tamen. Quippē nõ aufertur legis obligatio, sed violatur. Secus quādo ita agitur cōtrarius superioris, vt eius obligatio tollatur: tunc enim est dispensatio in illo, ac proinde sine causa facta caret valore. Cuius ratio est, nam lex diuina, & naturalis ex eo solū qd factum prohibeat, nõ impedit factum quoad valorem, & substantiā, sed quoad honestatem, tantum enim tunc cohibet voluntatem, sed nõ aufert potestatem.

statem.

Abstrahi. At fecit est, quando in illa dispensatur, quia tunc obligatio legis tollitur. Et lex suapte natura secū assert, vt à nullo inferiori dissolui possit, nisi iuxta superioris præscriptū, quod est legitima causa intercedenti. Vg. lex diuina naturalis diuites astringit ad superflua grauiter indigentibus largienda. Si diuites ille tūc ea prodigeret, factum teneret: & quāvis ius diuinum violaret, nõ diceatur in eo dispensans. Quia iuris diuini obligationem nõ aufert, sed violat. At si Pōtifici datum esset in eo præcepto dispensare, esset irrita dispensatio absq; iusta causa concessa. Ad secundū dic procedentia à clauium potestate esse duplicia: quædam pertinent ad dissolutionem voluntatis superioris: vt quando Pontifex dispensat in lege diuina naturali, & tūc deficit valor facti deficienti causa. Alia verō pertinet ad solus propria voluntatis dissolutionem, quæ lex statuta est: & tunc quāuis peccetur in illius potestatis abusu, factum tenet. Et huiusmodi est dispensatio in propria lege.

S. M. M. A. R. I. V. M.

An valeat dispensatio inferiorum, vt Episcopi in suis legibus, facta absque causa? Referuntur quædam opinio. num. 26.

Propositor sententia Authoris. num. 27.

Quid, si superior, vel equalis successor dispenseret absque causa in lege inferioris, vel equalis prædecessorū? num. 28.

Quid, si cōsentio illa trāserit in cōtractū? 29.

Quid, si sit à Pontifice confirmata? num. 30.

Quid, si iuramento stabilita sit? num. 31.

An valeat dispensatio Episcopi, vel Archiepiscopi in Synodi sue diocesana decretis, absq; causa facta? Referuntur opinio. num. 32.

Explicatur sententia authoris: & an solus Episcopus habeat in ea synodo votum decisiuum, & sit ea superior. num. 33.

An Episcopus eius synodi debeat in quoad vim eorū vim astringatur: nec possit in eis dispensare, ac potest in proprijs legibus? num. 34.

An Archiepiscopus validè dispense absq; causa in decretis synodi Provinciali? Proponuntur rationes probantes valere. num. 35.

Explicatur sententia authoris: & an solus Archiepiscopus habeat in ea synodo suffragium decisiuum: & an possit ab illo excōmunicari, & puniri: & ab Archiepiscopo appellari ad synodum Provinciale. & explicatur cap. græne, de prebend. num. 36.

An Archiepiscopus teneatur eius synodi legibus, quoad vim eorū: nec possit in eis dispensare tanquam in proprijs? num. 37. & ibi, an

possit plus in eis, quàm Episcopi suffraganei: & dispensare cum suffraganeis: & quid de ipsa synodo? num. 38.

Questio vltima. An dispensatio inferiorum in proprijs constitutionibus facta absq; causa valeat? Vt si Episcopus sic dispenseret in suis. Quidam negant. Quippē quāuis ab Episcopi voluntate pendeat vim habere statutum illud: atq; ad eo possit illud omnino cassare: tunc enim sus potestate ordinaria vitur, nec in aliquo ius cōmune offendit. At vim habenti statuto, dispensare cū alio quo absq; iusta causa, est contra ius cōmune. c. cum omnes, de cōstitur. At dispensatio inferioris in iure cōmuni absq; causa est irrita. (vt nu. 4. diximus.) Huius sententia sunt explicantes siue ius acquiritum sit tertio, siue non, Innocent. cap. dilectus. nu. 5. de tempor. ordinat. Archieidia. cap. licet canon. nu. 3. de elect. in 6. & dubius mater Bellemera. d. c. dilectus. q. 6. nu. 9. fin. licet asserat de facto seruari, vt possit validè sic dispensare.

Cæteram absq; dubio tenendum est validam esse. Ducor, qd eadē militet ratio, quæ in Pontifice respectu suarum legum: tunc enim non dispensat in voluntate aliena, sed in propria: à qua sola vim habet leges illæ. Neq; obstat ratio contraria. Quia & si peccet Episcopus contra ius cōmune, imò & diuinum naturale, dictans neminem à lege generali esse absq; causa eximendū: at dispensatio illa tenet. Quia tunc nõ dispensat inferior in eo iure naturali, aut Pontificio: sed solū illud violat. (vt num. 25. in solutione ad primū explicuimus, respondentes ad idem argumentum, quod æquè pugnat contra Pontificem in proprijs legibus dispensantem absq; causa. Et ideo hæc partem sustinent Innocent. sibi contrarius, c. cum ad monasterium. nu. 4. de statu monach. & ibi Ioann. Andræas ad finem. Anton. c. at si clerici. §. de adulterijs. nu. 17. de iudic. Et ibi Abbas nu. 10. Decius in noua editione. num. 98. Arretinus nu. 24. Felinus nu. 6. Alexan. de Neuo nu. 16. Hippol. nu. 93. idem Anton. c. dilectus. n. 12. de tēpor. ordinat. & ibi Abbas nu. 7. idem Anton. c. quæ in Ecclesiis. nu. 10. de cōstit. & ibi Imola num. 25. Cardinalis in repetitione cap. perpendimus. num. 6. de sent. excōmunic. Dominicus cap. licet canon. in principio. num. 8. de elect. in 6. Milis in suo repertorio, litera D. num. 23. verb. dispensatio. versic. dispensare potest contra pro-

priam.

priam Botrens tractatu de synodo Episcopi. p. 2. art. 4. num. 8. Gambara de auctoritate legati. lib. 1. o. num. 442. 443. Angelus verb. beneficium. num. 22. Syluest. verb. dispensatio. q. 13. num. 19. & verb. beneficium. 3. quest. 9. num. 13. Francus dist. c. licet canon. in principio. num. 4. Tabiena verb. dispensatio. quest. 14. num. 15. sine. & verb. beneficium. 23. quest. 15. num. 17. Armilla. verb. beneficium. nu. 27. Nauarr. summa Latina. cap. 2. §. num. 7. 4. & cap. fin. num. 4. de simon. Et ex Theologis. Sotus lib. 1. de iustit. quest. 7. art. 3. columna 6. & lib. 7. quest. 4. art. 3. ad 2. Valentia. 2. 2. disput. 7. quest. 7. puncto 2. vbi de pluralitate benefic. colum. 14. vbi autē illud ius. Azor lib. 5. institutionum moralium. cap. 1. quest. 3. Phitaricus de officio. Sacerdotis. tomo 1. part. 2. lib. 3. cap. 4. vbi altera difficultas. Sayro thesauro casuum. tomo 1. lib. 6. cap. 11. num. 11. Ludouicus Lopez. 1. p. instructio. c. 4. columna penult. vers. 4. concluditur.

28 Atq. idem profus dicendum est. quando superior. vel æquali. successor dispensat absque causa in lege inferioris. vel æquali prædecessoris. valet enim dispensatio. Quia in voluntate superioris est quasi eminenter inferioris voluntas: & successor: qualis reputatur. quasi eadem persona ratione eiusdem officii. Sic Nauarr. summa Latina. preludeio 9. num. 15. Suarez tomo 4. vbi de indulgentijs. disput. 56. sectione 2. num. 11.

29 Temperanda tamen est hæc sententia prima. nisi constitutio illi Episcopi. transferri in contractum. in commodum alterius. Vt si fieret statutum. vt omnes ad vrbem confluentes gauderent aliquo privilegio. non posset reuocare respectu eorum. qui iam venerant. Quod ius ex illo contractu iam sit illis acquisitum. Sic Anton. vtroq. loco priori. Abbas vtroq. loco. Decius nu. 103. Hippolitus num. 100. Alexander de Neuo num. 17. Dominicus. Fracus. Gambara nu. 444. Milis. Imola. vbi eos allegauit. nu. 27. Syluest. verb. dispensatio. quest. 13. nu. 19. Sed quauis hæc limitatio sit regulariter vera: negandum tamen non est posse Episcopum ex legitima causa superuenienti contrahere. Vt ex multis probat Aretinus. c. at si clerici. §. de adulterijs. nu. 24. de iudic. & ibi Felin. num. 6. fallentia 1.

30 Secundo temperatur. nisi ex constitutiones sint auctoritate Pontificia confirmatae. Quia ex ea confirmatione gaudent auctoritate Papæ. & reputantur ac illius leges. ac

proinde se habet ad illas Episcopos ad ius commune. Quia nequit eas confirmacionem ex parte tollere. Sic Dominicus. c. 1. in principio. num. 11. de filijs presbyt. in 6. Botraus de synodo Episcoporum. 2. part. art. 4. num. 12. Syluest. verb. beneficium. 3. q. 9. num. 13. Angelus. verb. beneficium. nu. 22. & ibi Armilla num. 27. Tabiena. verb. beneficium. 2. quest. 15. num. 17. Sayro thesauro casuum. in 1. tomo. lib. 6. cap. 11. nu. 11. Azor lib. 5. institutionum moralium. c. 15. quest. 7.

31 Vltimo temperatur. nisi Episcopos eas constitutiones iure iurando firmauerit. Cum enim nequear secum in iuramento dispensare. nequir in eis constitutionibus dispensare. Sic tradunt Antonius. cap. at si clerici. §. de adulterijs. num. 17. de iudicij: & ibi Abbas num. 10. Alexander de Neuo. nu. 17. Decius in noua editione. num. 108. Felin. num. 6. fallentia 2. Hippolitus à num. 101. vsque ad 105. Botraus de synodo Episcoporum. par. 2. art. 4. num. 13. Angelus. Syluest. Tabiena. Armilla. Sayro. Azor num. præcedenti allegati. Idem Syluest. verb. dispensatio. quest. 13. num. 19. & ibi Tabiena quest. 14. num. 15. sine. Verum dicendum est. adhuc posse. Quia iuramentum magistratus intelligitur secundum æquitatem. & nisi causa iusta interueniat. Vt bene docet Baldus. l. & si feuerior. nu. 10. C. ex quibus causis infamia irrogetur. Quia ratio enixus defendit ibi posse iudicem ex iusta causa mutare penam legis à se iurata. Secundo. quia Decius. Felinus. Botraus. Hippolitus pro contraria parte allegati admittunt hoc quando causa ita vergeret. vt esset periculum in mora. Tandem. quia probabilius est posse Episcopum secum in iuramento dispensare. quoties potest eum subditis. (vt probauit disput. 3. nu. 8.) Et ideo sententiam hanc sustinent Aretinus dist. §. de adulterijs. nu. 26. & 27. & refert pro ea Bartolom. Gambara de auctoritate legati. lib. 10. nu. 447. Id demum dicendum est. quicquid sit de periuuri peccato si in eis constitutionibus iuratis dispenseret. valere tamē dispensationem in ea constitutione absq. causa iusta etiam factam. perinde ac si non esset iurata. Quia periuurium non impedit rei valorem. Sicut si quis iurasset non prodigē se expensurū pecunias. peccaret prodigē expendendo. at factum teneret. Sic Gambara eodem lib. 10. num. 452. Antonius de Rosellis. quem refert. nec improbat Botraus dist. art. 4. num. 12.

Tandem

Tandē duplex superest difficultas. Prior est. an Episcopus. aut Archiepiscopus valde dispensari in constitutionibus suis synodi dicecesanæ absq. causa. vel se habeat ad illas. tanquā ad leges superiores? Videntur enim hoc posteriori modo se habere ad illas. Quia non sunt superiores sua synodo dicecesana. sed se habent ad illā inlata decani ad capitulum Ecclesie cathedralis. Et ita Merina. 1. 2. p. 96. ar. 5. dubio. 2. concl. 1. tuerit Episcopum legibus synodi dicecesanæ obligari quoad vim coerciuam. instar aliorum subditorum. Quod etiam fatentur Gallego. & Manuel statim allegandi. Quod fieri non posset. nisi inferior esset ipsa synodo. Secundo. quia non solum Episcopus in synodo dicecesana definit. sed simul cum illo alij ibi congregati habent suffragium deciuum. vt docet Immo. c. graue. num. 22. de præbend. ad finē. Quare Gallego de cognat. spirit. cap. 21. num. 18. defendit confirmationem synodi non peti ab Episcopo: nec ipsum posse eius constitutiones abrogare. Et quauis dubius dicit se magis in eam partem propendere. vt dispensatio absq. causa facta ab Episcopo. vel Archiepiscopo in ijs constitutionibus sit irrita. Et Manuel. 1. tomo summa. 2. editione cap. 237. num. 1. sine. & Vega. 1. tomo summa cap. 88. calu. 2. sine. dicunt relato Gallego videri attento iure non posse Episcopum eas constitutiones tollere: at integrum esse ei dispensare in illis. Quod consuetudo. vel tacitus synodi consensus eam facultatem concedat. Non explicant tamen an eius dispensatio facta absq. causa valorem obtineat.

33 At probabilius censeo validam esse dispensationem Episcopi. aut Archiepiscopi in sua dicecesana synodi constitutionibus. absq. causa factam. Quod citato Cardin. Alexandrino. c. fin. q. 3. de clandest. desponsat. sustinet Botraus de synodo Episcoporum. 2. art. 4. n. 9. Nau. summa latina. c. 25. nu. 74. & cap. fin. num. 4. de simon. Eadem videtur tenere apertè Azor lib. 5. institutionum moralium. cap. 15. q. 3. quamuis enim non explicent constitutiones synodales. sed tantum suas constitutiones: at refert Nauarrum in prædicto loco. vbi de constitutionibus synodalibus loquitur. Et quauis hi non adduceant probationes. potest probari hæc sententia. Quia solus Episcopus suffragium deciuum habet in synodo dicecesana. ceteri autē assident illi vt consilium præbeant (quauis minis bene Immo

la. n. præcedenti allegatus contrariū dixerit. Quod vel eo ipso synodi tenore conlat. in qua solus Episcopus decernat. & subscribit. nulla assessorū mentione facta. Cuius contrariū in synodo provinciali accidere dicemus. n. 36. Cum ergo ipse solus legislator sit. poterit dispensare valde absq. causa. vt potè qui in sua sola voluntate dispensat. Et confirmatur. quia ad synodum dicecesanam cōmuniter soli parochi. & clerici. qui nulla statuendi facultate gaudent. confluere solent. Non est ergo cur eis illius statuta tribuantur. Tandem quia cū eius synodi constitutiones solum dicecesim Episcopi obligent. quæ plene ius subest Episcopo. possitq. solus statuta illam obligantia inducere. immerito ex constitutionibus tribuantur ceteris congregatis: sed solum illuc conflunt vt Episcopo assideat. illumq. suis consilijs adiuuent. quò prædictus. & maturius decernat. Hac enim ratione tuerit Immo. c. graue. nu. 22. de præbend. Pontifice assidente concilio generali. Episcopus non habere suffragium deciuum: sed solum quando illo nō interest. mittens legatos: eo quòd plena statuendi potestas in Pontifice residet.

34 Hinc deducitur contra doctores. nu. 32. allegatos. Episcopum non teneri legibus synodi dicecesanæ quoad vim coerciuam. sed tantum quoad directiuam. Si ut tradunt doctores legislatores suis legibus astringi. Quod illa à solo Episcopo vim obligandi habeant. ac in illis dispenseret. sicut in ceteris suis legibus.

35 Posterior difficultas est. An dispensatio Archiepiscopi in decretis synodi provincialis facta sine causa legitima valeat. Videtur enim valere. q. Archiepiscopus sit superior synodo provinciali. vt constat ex. c. graue. de præben. ibi. Metropolitanus vero delictū superioris iudicij relinquatur. ex parte eò cily nunciandū. Ex quo textu constat metropolitanum non posse puniri per cōcilium provinciale. Cuius rationē ibi reddit Hosti. nu. 16. quem sequuntur ibi Ioan. Andr. nu. 8. Anton. num. 4. q. 2. A nchar. num. 10. eò q. Archiepiscopus cōcilio provinciali superior sit. Potest ergo in eius decretis tanquam inferioris dispensare valde absq. causa. Itē quia solus Archiepiscopus habet ibi votum deciuum. & Episcopi tanquā assessores intereunt. vt tenet quidam. quos tacitis nominibus. ac alios qui sententi Episcopus adesse vt iudices. & habere votum deciuum. refert Innoc. d. cap. graue

nu. 3. vers. alij tamen dicunt: & neutram opinionem definit, & Anton. ibi. nu. 18. vers. ad. 3. ait vramus partem eligi posse. Ergo potest ad libitum validè in eis decretis dispensare, tanquam à sua sola voluntate vim habentibus.

36 At dicendum est, esse irritam eam dispensationem. Ducor, quòd Archiepiscopus sit inferior synodo provinciali leges eas ferent, vt optimè defendit Naua. lib. 1. conf. in priori edition. tit. 3. r. de officio ordinarij, toto consil. 7. in posteriori, tit. de maioriore, & obediencia, toto consil. 6. atq; idèd ait posse illum à synodo provinciali excommunicari. Probatq; quia ab Archiepiscopo appellatur ad ipsam synodum, tanquam ab inferiori ad superiorem, vt tradunt Gloss. fin. c. à collation. de appel. in. 6. Hostiensis. c. graue, in fin. de præbend. Card. clem. 1. §. quod oriam in interdicitis. nu. 1. notabili. r. de sent. excom. & ibi Anchar. n. 5. notabili. §. vnde concludit Naua. nò se habere Archiepiscopum ad synodum provincialem, sicut se habet Pontifex ad concilium generale, vel Episcopus ad suum capitulum: sed vt se habet decanus capituli Ecclesie cathedralis ad ipsum capitulum. Qui est caput ipsius ad eum effectum, vt eius lit. capituli conuocatio, & ibi tanquam prædicens habeat primam sedem, nò tamen est maior, sed inferior toto capitulo. Sic Archiepiscopus (inquit) est caput synodi provincialis, in quantum est eius illam cogere, ac illi præesse habendo primam sedem. Non tamè quòd sit maior ea cõgregata, nec habeat parè iurisdictionem: sed est tantum simul iudex, & collega aliorum Episcoporum, qui in ea congregantur. Nò valet ergo dispensatio Archiepiscopi facta absq; causa in ijs decretis, vt potè facta ab inferiori in lege superioris. Secundò, quia Archiepiscopus solus potestate caret cõdendi statuta tota provincia obligantia, vt cõstat ex. c. nullus primas. 9. q. 3. quod est ex Calixto Papa, & c. sicut olim, de accus. At decreta synodi provincialis tota provincia ligant. Nò ergo à solo Archiepiscopo dimanant: ac proinde nequit ipse absque causa validè in eis dispensare. Quippe omnis res per quascunq; causas nascitur, per easdem dissoluitur. c. 1. de regulis iuris. Et cõfirmatur, quia Episcopus suffraganeos ibi interesse vt iudices habètes ius suffragij decisiui colligitur apertè ex. d. c. sicut olim, ibi. *Et a fideliter perferat: ad meo polianu, & suffraganeos, vt super bis, & alijs;*

prout vilitati, & honestati cõgruet, prouida deliberatione procedant, & que statuerint faciant obseruari. Ecce qualiter non solum Archiepiscopus, sed suffraganeos quoq; auctores statutorum dicit textus: alias nò diceret in plurali. *Que statuerint.* Idèd etià deducitur ex. c. graue, de præb. *Per ipsum concilium suspenatur.* Què textu ponderat ibi Immol. n. 22. ad probandù requiri consensum, nec sufficere consiliu suffraganeorum. Quod etià sustinent ibi Host. num. 8. Ioan. And. n. 5. Card. n. 6. q. 6. Quod etià constat ex concilio Toleran. 4. vbi iubetur Episcopi subscribere ijs, que cõmuni deliberatione in cõcilio provinciali statuuntur, & concilio Mediolanense. 4. in fine pontificis eius subscriptionis norma sic. *Nos Carolus Archiepiscopus Mediolani de consilio, & assensu reuendissimi Coepiscopi nostroru subscripsimus.* Et statim subscribunt alij Episcopi. Nec obstat. c. graue, de præb. ponderatum, num. præcedenti pro contraria sententia, cum ratione doctorum ibi allegata. Non enim intelligunt Archiepiscopu esse verè superiorè ea synodo, sed eius caput, & idèd ob eius dignitatis reuerentiam noluit is textus posse eius delictum puniri à synodo. Et ita hanc rationem reddiderunt ibi Anton. nu. 17. Abb. nu. 8. & hanc fuisse mentem eorum doctoru vel ex eo constat, quia idem Host. qui num. 16. eam rationem reddidit, quem alij sequuntur, statim in fine capituli ait Archiepiscopum esse inferiorem, & ab eo appellari ad synodum. Tandem quia expresse nequit Archiepiscopu in his constitutionibus dispensare, nec absoluerè ab excommunicatione in hac synodo lata tueri aliqui, quos ta cito nomine refert Archid. c. rad. fin. d. 173. reprobata distinctione Host. c. graue, nu. 17. de præb. & Ancha. clem. t. n. 5. de sent. excom. & huic sententiæ inherere videntur ibi Archid. & Dominicus, solum enim distendunt quoad absolutionem ab excommunicatione. Cũ enim ea lata à synodo provinciali sit, nec specialiter referri, poterit ab ea tanquã à iure lata absoluerè quicuis parochi iuxta. c. nuper, de sent. excom. nedũ Archiepiscopus. Et eiusdè sententiæ sunt Anchar. & Host. proxime allegati, aut enim nò posse Archiepiscopu dispensare in ijs decretis, si ea forment nomine synodi, dicèdo, Nos synodus, siue nos Archiepiscopus, & Episcopi in synodo cõgregati, vel nos Archiepiscopus de cõsensu suffraganeoru in synodo cõgregatoru statuim. Secus

si in persona solius Archiepiscopi. Nã inuitur, quòd in priori casu sit constitutio synodi, at in posteriori solius Archiepiscopi: atque ita fatetur non posse Archiepiscopum quouies est synodi provincialis constitutio.

37 Hinc infero teneri Archiepiscopu tanquam inferiorem, & Episcopos suffraganeos illis decretis quoad vim coactiuam: nec posse in illis dispensare, nisi sicut in lege pontificia, in vno vel altero casu ratione necessitatis, quòd non sit recursus ad Pontificem, nec tunc sit coacta synodus provincialis, vt ad illam confugiatur, nec referret esse recursum ad Archiepiscopum, ne suffragani in suis diocesibus possint tunc in eo dispensare decreto. Tum quia Archiepiscopus non habet maiorem in

hoc potestatem, quam suffraganei (vt numer. præcedenti diximus.) Tum etià quia in diocesi suffraganeorum superior non est, nisi in causa appellationis. Et idèd extra appellationis casum non posse eum cum subditis suffraganeorum dispensare, tradit omnes in tractatu de voto. Ex quibus omnibus constat dispensationem Archiepiscopi, aut suffraganeorum, etiam simul cum illo, nisi in synodo provinciali sint legitime congregati, absque iusta causa factam esse irritam. Quia dispensant in lege superioris. Secus si synodus ipsa provincialis, vel alia synodus similiter provincialis dispensaret. Quippe tunc valeret etiam absq; causa concessa dispensatio, tanquã facta in lege propria, aut æqualis prædecessoris.

DISPUTATIO DECIMOCTAVA.

An dispensatio à quocunq; concessa in quavis lege, deficienti causa legitima, culpæ obnoxia sit, in cõcedenti, petenti, acceptanti, ea ve vtrū?

SVMMARIVM.

Quando dispensatur absq; causa in lege diuina, aut superioris, est mortale, nu. 1. Quod, quando in proprijs legibus Refertur quædam sententia, nu. 2.

Proponitur sententia Auctoritatis, nu. 3.

An minor causa sufficiat ad dispensandum in iure humano, quam in diuino, nu. 4.

An existente iusta causa teneatur prælatus dispensare: & si neget, possit ab eo appellari Remissive, nu. 5.

Qualis sit culpa, dispensare in propria lege absque causa: Refertur opinio, nu. 6.

Proponitur auctoritatis sententia, nu. 7.

Qualis sit culpa in petente, & acceptanti, sciendũ deesse causam, nu. 8.

Quid, si prælatus proponat causas, de quarum sententia dubitatur, nu. 9.

An vtrius dispensatione sine causa concessa peccet: Refertur opinio, nu. 10.

Explicatur sententia Auctoritatis, nu. 11.

Quale sit hoc peccatum, nu. 12.

An is cum quo absq; causa dispensatur, teneatur exequi quod lex iubet, nu. 13.

Satisfit argumentis. Et explicatur. c. cum nostris, de concess. præb. nu. 14.

Dispensatione superiori actum est de valore dispensationis absque iusta causa concessæ: hæc tractat de eius honestate, tam in cõ-

cedenti, quam in petenti, acceptanti, ea ve vtrū. Et quidem si de dispensatione in lege diuina, aut cuiuscunq; superioris loquamur, nemo dubitat reum esse culpæ lethalis petentem, acceptantem, vntem, concedentem: nisi materia leuitas excuset à tanta culpa. Quòd ea dispensatio irrita sit (vt diximus disput. præcedenti, nu. 3. & 4.) ac proinde à legis transgressione non excusat.

Difficultas autem versatur, quando in proprijs legibus est dispensatio. Et incipiendo ab ipso dispensante, quidam censent ipsum si Princeps supremus sit, posse in eis ad libitum dispensare: & solam suam voluntatem esse sufficientem dispensandi rationem. Ducitur, quia sicut sola Principis voluntas fuit causa inducendæ obligationis, ita ea sola obligationis tollendæ sufficientes causa erit. Cõdentis enim ius est illud destruere. Nec Princeps suis legibus astringitur, l. digna vox. c. de legibus, & res faciliè ad pristina sua naturã redit. l. si uis. §. pacta sunt. ff. de pactis. Et cõfirmatur, quia Dñs rē suã liberè expèdere potest. Cũ ergo Princeps vt potè suæ voluntatis Dñs, habeat quasi domini legis ab ipsa profectus, videt nulli alia causa dēderari, vt in ea cū aliquo dispenset. Secundò quia potest Princeps nutu suo vel ex parte, vel ex toto dissoluerè legem.

Tertio id cōstat ex cap. cum nostris, vers. nos verò, de concef. præb. ibi. *Mandamus quatenus nisi prædictus episcopus sufficienter ostenderit quod vel ex indulgentia sedis apostolica specialis, vel ex alia iusta causa præpositura sibi concessa fuerit, ipsum ad resignationem ipsius compellat.* Vbi indulgentia Pontificis cōparatur iustæ causæ. Dicitio enim disiunctiva, vel, ponitur necessarîo inter diuersa, vt notat DD. l. si qui, in principio, ff. de rebus dubijs, & probat ex. l. hæc verba ille, aut ille, ff. de verb. signif. Quarto, quia si causa desideraretur, non videretur tunc Princeps dispensare, sed obligatio legis extingui cessante eius causa. Et confirmatur, quia aliàs dispensatio nô tã videretur legis relaxatio, quã declaratio quæ dã cessationis legis in hoc euentu. Tandem quia pãsim cōcedit Põtifex dispensationes matrimoniales in gradu non multũ propinquo absq; causa. Et ideo hanc partẽ sustinent Gloss. relegati. 4. in fin. ff. de pœnis; & ibi Bart. n. 4. Speculator. tit. de legato. §. nunc ostendendũ est. n. 52. & melius, tit. de dispensatione. §. nunc breuiter dicendũ est. n. 5. vers. & nota. Innoc. c. cum ad monasterium. n. 3. & 4. de statu monach. & ibi Ioan. Andr. n. vltim. Anton. n. final. Host. n. 31. fin. Anchar. n. 2. 5. Henricus. num. 16. Cardin. ibi. §. vltim. n. 5. Abbas. c. diuersus nu. 3. de cleric. coniug. & c. 2. n. 4. de schismat. Idem Ioan. Andr. c. magna. n. 5. de voto, & ibi Henric. n. 3. idem Anton. c. 1. eol. vltim. n. 20. de constit. & ibi Immo. n. 16. vers. & ex dictis patet, & ibi Felin. fallẽtia. 4. ampliatio. 1. n. 2. 3. & c. ad audientiam. el. 2. n. 4. de rescript. Bald. l. rescript. nu. 12. C. de precibus imperatori offer. Decius cap. quæ in ecclesiis, in noua editio. n. 133. de constit. & c. cum in cunctis. §. inferiora n. 17. de elect. Gygas de pensionibus. q. 6. n. 13. Turrec. c. singula, art. 4. fin. nu. 14. d. 89. Hippolitus singulari. 599. Bermondus de publicis concubinarijs. §. statumimus. n. 28. Angel. verb. dispensatio. nu. 3. Rosella ibi. n. 6. Syl. q. 3. n. 5. Armill. n. 14. Rojas alios referens epitome successio. n. c. 23. n. 12. Minchaca lib. 1. q. illustrium. c. 25. n. 9. & nu. 16. limitans quando est dispensatio ex gratia, & non ex iustitia concedenda. Menochius de arbitrarijs, lib. 2. centuria. 5. casu. 421. n. 19. Borgasius de irregular. p. 7. c. vltim. nu. 16. 17. 18. Brunorus in suo compendio, litera. P. vers. Papa dispensare potest. Mandosius praxi signaturæ, verb. dispensationes, vers. Papa dispensare

potest, & ex theologis, Palud. 4. d. 38. q. 4. ar. 4. concl. 3. num. 40. Aluarus Pelagius lib. 1. de planctu Ecclesiæ, artic. 46 litera G. Stunica de voto quest. 6. num. 100. 130. & addunt Felinus. d. cap. ad audientiam, numer. 4. Gygas d. num. 13. Borgasius d. num. 18. Stunica. d. nu. 130. cum cum quo sic absq; causa dispensatur, esse etiam tutum quo ad Deum: & non tantũ quando omninò aboleretur lex, sed etiã quando stãte lege dispensatur in eo cum aliquo. Quia Innocentius proximè allegatus, quem ceteri sequuntur, loquitur expresse de dispensatione, & indistinctè. Vnde (ait Felinus) non est cur ad forum externum eius sententia restringatur. Et quomuis hi doctores de inferiori, vt de Episcopo circa suas leges dispensanti minimè loquantur: at idem tenentur dicere. Quia rationes aliate in eo etiam militant. Cũ hæc leges sola eius voluntate dimanent.

At dicendum est, quemcumq; legislato rem & si supremus Princeps sit, reum esse culpæ, dispensando cum aliquibus absq; causa legitima in proprijs legibus. Ducor, quòd violat ius naturæ dictans partem suo toti congruere debere, excipiens temerè, & imprudenter aliquos per dispensatione. Et confirmatur, quòd offendat æqualitatem, quã iustitia erga omnes seruari petit. c. iustum est. d. 9. Secũdò, quia est actus rationi dissonus, & offensionis ansam ceteris subditis iure optime præbès. Et confirmatur, quia potestas data est in ædificatione, non in destructione. 1. ad Corint. 10. Quare talis dispensatio est potius dissipatio cẽsenda: auctore. d. Bernardo lib. 3. de consideratione ad Eugenium, ad finem. Tertio, quia sicut lex ob bonũ cõmune iudici debet. c. erit autem lex. d. 4. ita & dispensatio quæ est quasi lex quædã. Quarto quia dispensatio hæc cedit in aliorũ iniuriã. Quia vna ex conditionibus ad legis iustitiam pertinet, vt sit æqualis omnibus. Quæ deficit, quando ceteris lege oppressis, aliquis sine iusta causa ab illa eximitur. Quinò idem probatur ex Trid. sess. 24. de matrim. c. 5. ibi, *In contrahendis matrimonijs vel nulla omninò detur dispensatio, vel raro, idq; ex causa, & fel. 25. c. 18. de reform. ibi. Quod si vrgens, iustaq; ratio, & maior quãdòq; postulatuerit cum aliquibus dispensandum esse: id causa cognita, & summa cum maturitate, à quibuscunq; ad quos dispensatio pertinebit, præstandum est.* Et ex concilio Colonien. 3. p. 1. c. 33. ibi. *Quam imprudẽtissimè pleriq;*

dipla-

diplomatis, ac dispensationibus apud Sedem apostolicam extortis præter summi Põpõis iuramentum qui & vult, vt debet potestate sibi concessa non ad destructionem, sed ad constructionem vti abutens. Tandem probatur ex l. relegati, in fine. ff. de pœnis, ibi. *Nemo potest cõmeam, remeantur dare exuli, nisi imperator ex aliqua causa.* Atq; ita sententiã hanc sustinent ex Theologis. D. Thom. 1. 2. q. 97. art. 4. Caiet. summa, verb. dispensatio, initio, & 1. 2. q. 96. art. 5. ad finem. Victoria de potestate Papæ, propositione. 15. num. 15. Petrus de Soto lectione. 11. de matrimonijs penultima, vers. iã circa. Sotus lib. 1. de iustit. q. 7. art. 3. ad finem corporis, & 4. d. 39. q. vnica, art. 2. in fine corporis. Canus relectione de pœnitentia. par. 5. vbi de præcepto confessionis, 3. ad fin. Ledesma. 2. par. 4. q. 56. art. 4. col. penultim. vers. præterea dubium. Veracruz. 1. par. Speculi, art. 49. ad finem: & 2. part. art. 27. vers. 2. non expedit. Medina. 1. 2. q. 97. art. 4. col. penultim. vers. de causa necessaria. Palacios 4. d. 15. disp. 8. col. 17. vers. neq; solum: & d. 38. disput. 2. columna. 7. vers. ego verò dixerim. Corduba in questionario, lib. 4. quest. 8. col. penul. Valencia. 2. 2. disp. 5. quest. 7. puncto. 2. vbi de pluralitate beneficiorum, col. 4. vers. vbi autem illud ius, & c. 1. 2. disput. 7. q. 5. puncto. 9. ad finem. Petrus de Ledesma summa sacram. vbi de matrimonio. c. 27. post. 4. conclusio nem. dubio. 1. Azor. lib. 5. inlitionum moralium. c. 15. q. 2. Manuel. 1. tomo summa, in 2. editione. c. 24. conclus. 2. numer. 4. & c. 196. sine. Philareus de officio sacerdotis, tom. 1. par. 2. lib. 3. cap. 4. vers. altera difficultas. Vega. 2. tomo summa. c. 23. casu. 14. idem Petrus de Ledesma de matrim. q. 54. art. 3. difficultate. 4. post. 2. conclusionem. Ludouicus Lopez. 1. part. instructorij, c. 4. col. 2. vers. sed quid si monarcha, & ex Iurisperitis, Host. summa tit. de filijs presbyt. ad fin. vers. veruntamen non omitto. Abbas repetitione, cap. extirpandæ. §. qui verò, num. 44. de præbend. & cap. quæ in Ecclesiis, n. 17. de constit. & c. per venerabilem, nu. 4. qui filij sint legit. & ibi Præpos. §. quod aut. n. 2. notabil. 7. Alexan. de Neuo. c. 1. n. 131. & c. cũ accessissem. num. 80. de constit. & c. duas. n. 19. de sponsa duorũ. A additionator ad Ioan. Andr. c. cum ad monasteriũ, sine, de statu monach. Rebuffus in cõcordatis, vbi de forma mandati apostolici, super, verb. dispensationũ, versic. notandum est

quòd nunquã, & praxi benef. tit. de dispensatione ad plura beneficia. n. 55. Turrec. c. conseq. n. 2. d. 11. Rosell. verb. votũ. 5. n. 4. Armil. verb. Papa. n. 12. & verb. dispens. n. 13. Nau. sum. c. 12. Hispanè. n. 58. latinè. n. 57. & vtraq; c. 25. n. 5. & sum. latina, preludio. 9. n. 14. Coua. c. alma mater. p. 5. n. 7. de sen. ex com. in 6. & 4. decret. 2. p. c. 6. §. 9. n. 7. Spino Specul. resta. gl. 12. principali n. 2. Gallego de cogn. spiritali. c. 21. n. 2. Id tamen maximè obseruandum est, mul tũ minorem causam sufficere ad dispensandũ in iure humano, quã in diuino, & naturali. Quippe strictior est huius, quã illius obligatio. Sic Nauar. sum. c. 12. hispanè. n. 58. latinè. n. 57. Quod quidẽ ceteris paribus intelligendum est. Regula enim certa statui nequit: nã aliqua lex humana potest adeò bono cõmuni conducere, vt ratio ipsa postulet difficultiũ in ea dispensandũ esse, quã in particulari voto obligiti iure diuino naturali, vt optime docet Sot. lib. 7. de ius. q. 4. ar. 3. col. 8. vers. hic autem.

Vtrũ autẽ existenti causa iusta teneatur prælati dispensare: & si nolit, possit ab eo appellari. Diximus lib. 3. to. disp. 10.

Sed quale sit peccatũ dispensare quemcumq; legislatoem in propria lege absq; causa iusta, nõ concordant doctores. Quibusdã placet esse lethale, nisi materij puritas excuset. Quòd res maximi momenti sit violatio hæc æqualitatis inter subditos seruandæ. Deinde quia fit esse ex se, & ex genere suo veniale, non fieret mortale ex materij multiplicatione, vt in mendacio officioso constat. At quando lex est grauis, fatentur doctores esse mortale. Huius sententiæ aperte videntur Caiet. summa verb. dispensatio, initio, & ibi Armill. nu. 13. vbi dicit in materia parua esse hanc culpam venialem. Quare sentiunt aperte ex suo genere esse lethale. Et Couarrua. 4. decretal. 2. par. cap. 6. §. 9. numer. 7. vbi ait fortassis, & frequentissime esse culpam mortalem, & tenent Petrus de Ledesma summa sacram. vbi de matrim. cap. 27. post. 4. conclusionem. dubio. 1. Manuel. 1. tomo summa, in 2. editione. c. 196. sine. Vega. 2. tomo summa, cap. 23. casu. 14. & est satis probabile.

At probabilis est, culpã esse venialem, si desit scandalũ, ac notabile aliorũ damnum. Quale esset, alios nãm grauari ex eo quòd quis absq; causa tribui soluendi lege liberaretur. Ducor, quòd his cessantibus, non sit res tanti momenti quempiam

LII 3

abfq;

absq; causa à legis obligatione eximi. Cù lex illa à legislatoris voluntate pendat. Nec dicimus fieri culpam mortalem ex materia multiplicatione, sed ex extrinseca scidali, aut notabilis aliorum damni circumstantia. Et ita tenetur Navar. summa latina, præludio. 9. n. 14. & c. 23. n. 5. Ludo. Lop. 1. p. instr. c. 4. col. 2. vers. 6. superaddimus. Philircus de officio sacerdotis, tomo. 1. p. 2. lib. 3. c. 4. vers. altera difficultas. Manuel. 1. tom. summæ. 2. editio. c. 237. n. 1. & idem videtur tenere Valeria. 1. 2. disp. 7. q. 5. puncto. 9. ad finem, ubi docet hoc peccatum communiter esse veniale: at esse probabile posse aliquando esse mortale, attendita legis grauitate, & conditione.

8 Rursum de petente dispensationem, cum causam iustam deficere norit, Couar. 4. de reccal. 2. p. c. 6. §. 9. n. 7. ait eum peccare venialiter, & forsitan mortaliter. Quippe qui rem illicitam petit à Principe, estq; ei in culpa mortali adiutor. At Petrus de Ledesma allegatus, nu. 6. ait hunc esse reum culpæ lethalis. At dicendum est, nisi iusta ignorantia excusetur, similis culpa eum infici, quam admittit sic dispensans. Quare quādo dispensans peccat mortaliter, vel venialiter, iuxta dicta. n. præcedenti, petes quoq; eiusdè generis culpæ reus erit. Quia cooperatur cōcedentis peccato, ad idq; inducit. Atq; idè dicendū est de acceptate, licet non petierit. Quod consentiat cōcedentis peccato, imò cooperetur. Cū dispensatio nō plenè sūū effectum fortitur, donec acceptetur. Sed inde inferes, peccare qui quoti die dispensationis matrimoniales cōcedi absq; causa petunt expressè à Pontifice. Quod absurdum videtur. Cū viri timorati, & docti id p̄sum consulant, ad euitanda dubia, quæ circa causarum, quæ allegantur, veritatem suboriri solent. Sed respondeo eos culpæ immunes esse. Quia p̄sum tunc nō dispētat absq; causa (vt disp. sequenti. n. vltimo explicabimus:) quamuis enim non detur causa ex parte personæ cum qua dispensatur: at Pontifex ad sumptus boni communis taxat aliquā pecuniariam compositionem: quæ causam iustam dispensandi præbet.

9 Id tamen monerim, si petens dispensationem proponat bona fide causas, quibus ducitur, eū minimè peccare: quāuis illæ minis iustæ sint. Quia suū nō est, iudicare an causæ eæ sint legitime, sed superioris. Sic Nau. summ. latina, præludio. 9. n. 13. fin. Petrus de Ledesma summa sacramen. vbi de

matrim. c. 27. post. 4. conclusionem, dubio 1. Philircus de officio sacerdotis, tomo. 1. p. 2. lib. 3. c. 4. vers. altera difficultas. Vnde optimè Azor lib. 7. institutionum moral. c. 2. q. 6. ait quādo alicui est dubia solvendi ieiunij causa, ita vt non certò, & euidenter sibi constet causam iustam deesse, eum tutò id soluere consilio superioris, medici, vel confessoris. Quia in dubio melior est horum conditio, & non nostro, sed illorum iudicio standum est, & optimè etiam. D. Thom. 2. 2. q. 88. artic. vltimo, ad 2. & Ioann. de Fribur. in summa confessorii, lib. 1. tit. 8. q. 8. Emmanuel Sa summa, verb. votū, vbi de voti irratione. n. 2. 1. dicunt in dubio an causa dispensationis legitima sit, excusare dispensationē prælati. Et faciunt etiā quæ diximus disp. præcedenti. n. 15. nimirū, in foro conscientie p̄sum in dubio pro superiori dispensanti.

Tandem de venti dispensatione cōcessa absq; legitima causa, difficultas est an ultra peccatū in eius petitione, acceptatione ve admittum, nouis culpā incurrat, quoties ea dispensatio vritur? Multi cēsent cessante scandalo, ac aliorum damno notabilium eum non peccare (quod satis probabile est.) Ducuntur, quod cum ea dispensatio à legislatore concessa sit valida, nulla legis obligatio superest, cuius transgressio ventè eadem dispensatione reum culpæ cōstituit. Nec lex naturalis distans partem suo toti congruere debere, eum obliget, vt potè qui iustam exceptionem habet non se conformandi ceteris. Quod à lege illa ceteros obliganti sit verè exemptus. Secundo, quia si Princeps absq; iusta causa omnino aboleret legē, nō peccaret eā non obseruans. Ergo similiter quando partim aboleret, dispensando cū aliquo. Quia respectu illius omnino est abolita. Sic tenent Anchar. c. non est, in fine, de voto, & c. cū ad monasterium, nu. 25. de statu monach. Felinus. c. ad audientiam, el. 2. n. 4. de rescrip. Gygas de p̄sonibus. q. 6. n. 13. Ang. verb. dispensatio. n. 3. & ibi Syl. q. 3. n. 5. Navar. summa latina. c. 12. nu. 57. Brunorus in suo compēdio, litera. P. verb. Papa dispensare potest. Palacios. 4. d. 15. disp. 8. column. 17. vers. quamuis is, & d. 38. disp. 2. col. 7. vers. ego verò dixerim. Medina lib. 1. summa. c. 14. §. 10. Stunic. de voto. q. 6. n. 130. Azor lib. 5. institutionū moral. c. 15. q. 3. initio. Aragon. 2. 2. q. 89. ar. 9. ad finem.

At probabilis est, in vsu huius dispensationis culpam admitti. Quod licet oblata

fit

fit illius legis humane obligatio ratione dispensationis, ac superest obligatio legis naturalis distans neminè debere absque causa iusta à suo toto disprepare. Quare & si hic non peccet aduersus illam legē humanā, at peccat cōtra hoc ius naturæ. Nec obstat, abrogata omnino lege neminè peccare, eū nō obseruado. Quippe cū tūc quoad totā cōmunitatē tollatur lex, nil est quod obliget. At manēt lege in ordine ad alios, rationi dissona vt quispiā nulla iusta ratio non excusatus nō viuat equali iure cū alijs. Et ita sullivanat Abb. c. non est. n. 8. de voto. Additionator ad Ioan. Andr. c. cum ad monasteriū, fin. de statu monach. Barbar. ad lit. ad Abb. c. at si cler. §. de adul. nu. 12. verb. est nulla, de iudic. Gambar. de auctoritate legati, lib. 10. n. 161. & 374. Rebuff. praxi benefic. tit. de dispens. ad plura beneficia. n. 55. Nau. sum. latina, præludio. 9. n. 14. & summa hispanica. c. 23. n. 42. Couar. 4. de reccal. 2. p. c. 6. §. 9. n. 7. & 8. Galle. de cogn. spirit. c. 21. n. 9. & ex Theolo. Caiet. 1. 2. q. 96. ar. 5. ad fin. Sotus lib. 1. de iust. q. 7. art. 3. in fine corporis. Ledesma 2. p. 4. q. 27. ar. 2. paulò post principium. Corduba in suo questionario, lib. 4. q. 8. col. penul. Azor lib. 5. institutionū moralium. c. 15. q. 3. in fine. Manuel. q. regul. 2. tom. q. 46. artic. 5. & tomo. 1. summa. in 2. edition. c. 237. nu. 1. Petrus de Bedes. summa sacram. vbi de matrim. c. 27. post. 4. conclus. dubio. 1. Ludo. uic. Lopez. 1. p. instr. c. 4. col. 2. vers. sextò super addimus. Philircus de officio sacerdotis, tom. 1. p. 2. lib. 3. c. 4. vers. altera difficultas. Valentia. 1. 2. disput. 7. q. 5. puncto. 9. ad finem.

12 Quod si roges, quale sit hoc peccatum? Petrus de Ledesma. præcedenti allegatus ait esse mortale. Quia concedens absq; causa dispensationē, delictum lethale perpetravit, cui consentire videtur ea vtens. At mihi certum est, id peccatum esse veniale, si scandalū, & damnū aliorum notabile cessent. Quod vtus illius dispensationis non sit consentire peccato dispensanti, nec prosecutio peccati admitti in petitione, acceptatione ve dispensationis: cum ea peccata omnino transferant, solūq; super sit in illius vsu ea partis cum toto deformitas indecens, quæ cessante scandalo, vel alio damno, non ita grauis est, vt culpam venialem excedat. Nec valet, Princeps concedens peccat mortaliter. Ergo & vtēs. Quia ad precipuum spectat curare vt leges ob cōmune bonum indicat obseruentur: at sub-

ditio non est id providere, sed tantum obseruare, quādiu sibi impostæ sunt, & ita docet Sotus, Nauar. Couar. Gallego, Corduba, Valentia, Philircus, Manuel vbi eos nu. præcedenti allegauit.

Hinc deducitur, hūc cum quo fine causa iusta dispensatum est in lege, teneri iure naturæ non obstante dispensatione exequi quod lex iubet. Quod bene docet Valentia, numer. 11. allegatus. Er constat ex dictis numer. præcedenti. Si enim peccat venialiter in vsu dispensationis, qui est non seruare legem, contra ius naturæ distans indecens esse partem non conformari toti. Ergo eodem iure naturæ tenetur legem seruare sub culpa veniali.

Ad argumenta. n. 2. proposita responderetur. Ad primum dicē obcludere solam Principis voluntatem causam esse sufficientem legis dissolutione, vt dicto luto factum tenetur: non tamen vt licita sit eximendo aliquem priuatum ceteris ligatis. Quia nō data est potestas ad destructionem, sed ad ædificationem. Imò nec sola Principis voluntas satis est ad legem condendam, nisi causa legitima ad sit. Ad confirm. dicē similiter probare posse liberè, ad hunc sensum, vt teneat factum, non tamen vt id liceat. Quippe lege semel condita non omnino eximendi alicuius ab ea dominium habet. Quia tenetur ex officio administrare iustitiam, & æqualitatem seruare. Ad secundū dicē longè diuersam esse rationem de abroganda, vel deroganda lege, & de eximendo aliquo à lege per priuatum dispensationem. Ad prius enim sola voluntas sufficit qua ab initio constituta est. Ad posterius autem requiritur causa. Quia cum lex sit iusta, imprudenter & temerè pars excipitur ne congruat suo toti. Ad tertium dicē in eo textu æquialere dispensationē Pontificiam iustæ causæ, ne compellatur possessor plurium dignitatum alteram resignare. Quia ostensa dispensatione Pontificis præsumitur iusta causa: & ita releuabitur ostendens onere probandæ causæ iustæ: quam probare tenebatur esse existente dispensatione. Tūc enim tēporis (vt notat ibi Glossa, verb. iusta) poterat quispiā plures habere dignitates sine dispensatione, ex iusta tamen causa. Vnde decidit textus possessorem compellendum esse alteram resignare, nisi iustam causam probet, vel dispensationem exhibeat: qua ostensa præsumebatur iusta causa. Ad quartum, & confirm. dicē cum dispensatur in lege,

non ita cessare causam, ut eius obligatio cesset absque alia dispensatione. Quia ad id oportet causam in uniuersum cessare, nec sufficeret in eo priuato cum quo dispensatur. Præterea esto hoc sufficeret, non semper cum dispensatur, cessat om-

nino causa legis in eo priuato. Quia satis est ad dispensationem causa dubia. Quæ ad cessationem obligationis legis minime sufficeret. Ad vltimum constabit ex dicendis disputat. sequenti, sine.

DISPUTATIO DECIMANONA.

Quæ sint iustæ causæ dispensandi in impedimentis matrimonium di-
rimentibus?

SVMMARIVM.

Causa iusta dispensationis an semper debeat esse bonum commune. 1.

Quid intelligatur in 1. r. d. nomine magnorum principum, cuiuslibet solis est dispensandū in secundo consanguinitatis gradu. 2.

An id decretum procedat in publica honestate, etiam in primo gradu. 3.

Ex quibus causis dispensatur etiam cum non magnis Principibus. 4.

An licitè dispensetur facilius cum diuitibus, & pauperibus. 5.

Dum assignatur ac causa, contrahentes esse nobiles, aut ex nobili genere natos: aut ex principioribus viris, quomodo intelligatur. 6.

An ruginior causa desideretur in consanguinitate, quæ in affinitate, & cognatione spiritali, & an in hac sicut Pontifex dispensat: & eo maior causa petatur, quod gradus est propinquior: & in recta linea. 7.

An extincta litis, & pax sit iusta dispensandi causa. 8.

Quid de scandalorum euitione: & que sint hæc scandala. 9.

Qualiter intelligatur causa, dum allegatur subornata scandala. 10.

An sit iusta causa, quando dispensatione obuiatur magno delicto. 11.

An sit iusta, non reperiri ob loci angustiam, vel magnam sobolem, coniugium æquale. 12.

Quid, si in locis vicinis æquale reperitur. 13.

An ea causa sit falsa, si vnum tantum, aut alterum reperitur æquale. 14.

Quæ spectanda sint ut matrimonium dicatur æquale. 15.

An defectus dotis competentis ad nubendum æquali, sit iusta causa. 16.

Quid, si sufficiat ut nubat æquali femina, non tamen ei, qui illam ducere vult. 17.

An sit augmentum dotis femina aliis sufficientem dotem habentis. 18.

An sufficiat contrahentes institutos esse heredes sub conditione matrimonij. 19.

An sit causa, si patrimonium femine sit litibus implicitum. 20.

An censetur femina carere dote, quando habet patrem diuitem. 21.

Quid, si iure succedendi carerit. 22.

Quid, si non sufficiat legitima ad dotem, nisi in aliqua parte melioretur. 23.

Quid, si frater, vel alius dote, sine præseritis pactum, sine non. 24.

Quid, si parentes nequeant dotare, at yis mortuus habebit dotem. 25.

Quid, si facultatibus renunciat, & ideo careret dote. 26.

An quando femina verè carebat dote, possit nolle hereditatem, vel legatum acceptare, vel in alium cedere, quod ritulo paupertatis secum dispensetur. 27.

Quid, si instituta heres, in scia institutionis impetravit dispensationem titulo paupertatis, & inijt matrimonium. 28.

Quid, si allegetur feminæ mansuræ in nuptiam defectu dotis: cum tamè ob aliam causam, ut infamiam, carerè, & c. id contingat. 29.

An sit iusta causa, conseruatio diuitiarū in eadem cognatione. 30.

Quid de conseruatione illustri familia in eodem sanguine. 31.

Quid de excellentia meritorum patris, vel eius cui petitur dispensatio. 32.

Quid, si proles sit habita ex illa consanguine. 33.

An quando singule cause non sufficiant, possint multa collecta sufficere: & ad id conferat feminam esse à parenti orbam. 34.

Quid, si ibi, an inuenerit filios ex alio matrimonio super esse. 35.

An compositio pecuniaria absque alia causa sufficiat. 36.

Supponendum est primò quamuis nunquam dispensatio fieri debeat contra bonum commune, ob idque frequenter in legibus dispensandum non sit: quòd ea frequentia vim legù eneruat, quibus bonum commune conseruatur, & vnicuique ad legù violationem viam aperit, ut deciditur in Trid. sess. 25. c. 18. de reform. at non semper desiderari ad iustam dispensationem, ut causa directè ad bonum commune referatur: sed satis esse indirectè, ac virtute, prout bonum partis redundat in bonum totius. Constat ex. c. requiritis §. nisi rigor. 1. q. 7. vbi ponuntur causæ dispensandi solum priuatù bonum respicientis. Item ex vsu Ecclesiæ passim in impedimentis dirimètibz dispensantis, ob mulieris inopiam, & in voto ob periculù incontinentie. Quæ causæ bonum priuatù directè spectant, & D. Tho. 1. 2. q. 97. art. 4. corpore, rationem dispensandi in præcepto assignat, quòd maius bonum persone priuatæ cù qua dispensandù est, impediatur: vel caueatur aliquid peius, vnde dicitur D. Th. eod. art. 4. & Sot. lib. 1. de iust. q. 7. art. 3. col. 4. vers. causas verò, auct infidelè fore dispensatorem, nisi propter bonum commune dispensent, intelliguntur saltem indirectè.

Secundò supponendum est in Trident. sess. 2. 4. de matrim. c. 5. fin. statutum esse ne in secundo gradu dispèsetur, nisi inter magnos Principes, & ob publicæ causam. Quid autem nomine magnorum Principum intelligatur, nõ parua difficultas est. Et quidem clem. vnica, de bapt. interdicitur baptismum extra Ecclesiam, nisi filiorum Regis, vel Principum: & ibi Glossa, verb. regù, ait Principatù sumi pro notabili potestate merito Regiæ dignitati comparado. Atque idè tradunt Cardin. ibi. n. 8. Anchar. n. 4. Immol. n. 8. fin. Suarez. 3. p. q. 71. disp. 31. sectione. 2. colum. 4. explicatque Suarez non comprehendì filios marchionum, aut ducum, qui Regibus subduntur. Verùm hinc non deducitur sumi ita strictè Principes in prædicto Tridentini decreto. Quia ex adiunctis hæc Principum stricta significatio colligitur ex illa eadem: vt pote quæ filios Regum, ac Principum æquiparavit. Quare Henricus lib. 12. de matrim. c. 3. n. 6. in commento, litora. X. ait in Tridentino praxim interpretari nomine Principum intelligi principales personas: & n. 9. ait intelligi viros opulentos. Quod ex larga significatione hi Principes appellantur, ut ex multis probat Ti-

raq. de nobilitate. c. 3. nu. 5. & 6. & l. si vnquam, verb. facultatù, à nu. 1. C. de reuoc. don. Molina lib. 1. de primog. c. 2. n. 25. Sed hæc interpretatio non placet. Quia Tridètinum non dicit absolute Principes, sed magnos Principes. At viros opulentos nemo magnos Principes iure vocarit. Adde mentem Tridentini fuisse, vt rarissima essent hæc dispensationes. Quæ defraudatur intelligendo viros opulentos. Cù frequentissimi mercatores diuitijs abundant. Quare existimo intelligi in eo decreto dominos solos titulares, qui meritò magni domini appellari possunt. Cui expositioni maxime fauet in simili Baldus. c. innotuit. n. peult. de elect. vbi in priuilegio concessò alicui legitimi omnes, præter natos de genere magnatum, ait nomine magnatum comprehendì nobiles, qui sunt in aliquo potentatu, seu Baronia.

In eodem autem Tridentini decreto nõ comprehenditur impedimentum publicæ honestatis etiam primi gradus. Quia est multò minus impedimentum. Sic Nauar. lib. 4. conf. tit. de consanguin. in 1. editio. ac, consil. 8. fin. in 2. consil. 4. sine. Quare nec credo procedere in gradu quocunque affinitatis fornicariæ. Quia ea valde imperfecta est, nec secundum gradum excedit: atque ita clauderet omnino dispensationem circa illam. Sed solum procedit in gradibus consanguinitatis, vel affinitatis ex copula licita.

Ad cùm id Tridentini decretum Pontificem non constringat: & rigor vnus iuris sit temperandus per alterius benignitatem, solent Pontifices ex benignitate dispensare cum personis inferioris notæ, & licet non adit causa publicum bonum directè spectans, sed priuatum. Huiusmodi autem causæ sunt. Prima, matrimonium esse inter hos iam initium cum ignorantia rigoris prohibitionis Tridentini. Secundò proles à habita. Tertiò diuturnitas matrimonij male cõtracti. Quartò scandala ex separatione oriurù. Vltimò, clemètia Pontificis, quæ puella pauper sit, velitque patre, vel matre ducere, ac honestè dotare. Sic Nauar. lib. 4. conf. tit. de consanguinitate, in priori editione, toto conf. 6. in posteriori, toto conf. 13. Petrus de Ledel. sum. sacra. vbi de matr. c. 27. immediate ante. §. conclus. Manuel. 1. tom. sum. m. 2. editione. c. 237. n. 3. Henricus lib. 12. de matr. c. 3. nu. 9. fin. Vega. 2. tomo sum. m. c. 34. casu. 167.

Tertiò supponendù est, iure optimo faci